actis Marcus Antonius Vietus nota:
:rius, et Coadiutor causarum civilium
Illmi

Cumque ipso termino durante, hæres
aliquis non comparuerit ad ipsam
dicti Darij hæreditatem acceptandam,
ut factum sit per eundem Dnum
Philippum impetratum fuisse memo:
:ratum præceptum ingrediendi dicta
bona memorato fideicommisso, et pri:
:mogenituræ subiecta, quæ possidebantur
per dictum quondam Ioannem Darium
ultimum, et immediatum fideicommis:
:sarium, et eorum possessorem, pro ut
ex præcepto ipso legitur tenoris infras:
:cripti, videlicet

1646. Die sabbati decimo tertio mensis
Ianuarij vespere

Egregius I. C C. Illmi Dnus Vicarius
Prætorius Illmi, visa attestatione mortis
nunc quondam Ioannis Darij Cribelli sequu:
:ta die decimo septimo mensis Decem:
:bris proximè præteriti; viso edicto eius
ordine, et ad instantiam Dni Phi:
:lippi Mirabilis, publicato cum relatio:
:ne eiusdem publicationis, effectus ut si
quis prætenderet se hæredem dicti quondam
Ioannis Darij, compareret coram præfa:
:to Dno Vicario termino decem dierum,
ad acceptandam hæreditatem dicti quon:
:dam Ioannis Darij, et incumbentia
servatis servandis faciendum, aliter quod
eo termino elapso, et aliquo hærede
non comparente, censeretur facta res:
:titutio ipsi Dno Philippo uti filio
primogenito nunc quondam Io: Francisci

Mirabilis, qui fuit filius primogeni:
:tus nunc quondam Lucretię Cribellę
fideicommissi ordinati per nunc
quondam Joannem Thomam Cribel:
:lum in eius Testamento, de quo ro:
:gatus fuit nunc quondam Joannes
Baptista Bombellus olim publicus
Mediolani Notarius die 25. Decembris
1575. pręteriti, et concessum fuisset
pręceptum mittendi dictum Dominum
Philippum in possessionem bonorum
dicto fideicommisso, et primogeni:
:turę suppositorum, et ut in dicto
edicto, et relatione, considerato lapsu
eiusdem absque eo quod aliquis com:
:paruerit heres, viso prędicto Testa:
:mento a dicto Joanne Thoma condito,
et ut supra recepto, in quo habetur

dictum quondam Joannem Thomam
Testatorem fideicommissum, et pri:
:mogenituram ordinasse favore filij
primogeniti dictę quondam Lucretię
Cribellę, deficientibus Lineis masculi:
:nis quondam Darij Senioris, et Caroli,
et Ludovici Fratrum de Cribellis, ita
ut religiosus, et Sacerdos esset omni:
:no exclusus, quę lineę dictorum de
Cribellis finem receperunt per mortem
dicti quondam Joannis Darij Junioris
sine filijs masculis legitimis, et natu:
:ralibus, ita ut apertus fuit locus
dictę substitutioni, et primogeniturę
ordinatę favore filij primogeniti
masculi dictę quondam Lucretię Cribellę,
et eius filij primogeniti filiorum mas:
:culorum primogenitorum usque in

infinitum, qui nunc reperitur dictus Dnus Philippus, quod probatur ex Testamento dictæ quondam Lucretiæ de quo rogatus fuit nunc quondam Joannes Baptista Gallus olim publicus Mlni Notarius die 22. Decembris 1610. præteriti, in quo instituit sibi hæredes præfatum Joannem Franciscum primo loco, Joannem Paulum, et alios filios suos ordine successivo; et ex Instrumento divisionum initarum inter dictum Franciscum natu majorem, et Joannem Paulum, et Petrum Franciscum minores omnes Fratres de Mirabilijs filios quondam Joannis Stephani, et dictæ Lucretiæ Cribellæ eorum matris et Tutricis dictorum minorum recepto à quondam Laurentio Bonetto Mlni

Notario die 20. Septembris 1604. Quod verò dictus Philippus sit filius Primogenitus dicti Joannis Francisci, probatur, ex Instrumento divisionum inter eum, et Franciscum, et Carolum eius Fratres minores recepto à [illegible] Francisco Besutio Notario Mlni die 19. Augusti 1637. et quod subsit dictum fideicommissum, et infrascripta bona fuerint in bonis dicti Testatoris, probatur ex dicto Testamento, et ex sententia lata per exmum Mlni Senatum favore dicti quondam Joannis Davij in odium minorum de Cribellijs fil. quondam Joannis Baptæ die 18. Martij 1641. preteriti, et Instrumentis apprehensionum de dictis infrascriptis

bonis fartarum pro executione
dictæ Sententiæ, et præcepti con=
cessi per Egregium Dnum Capita=
neum Justitiæ Mlni receptis à Ca=
rolo Lucino Mlni Notario dicto
anno 1647., seu visis alijs videndis,
et consideratis considerandis omnibus
modo sic instante præfato Dno
Philippo cum reservatione eius
iurium et citra animum cumu=
landi possessorium cum petitorio
et non aliter, ac agendi contra quos=
cumque detentores aliorum bono=
rum, et Jurium dicto fideicommis=
so, et primogenituræ obnoxiorum, com=
misit . . . . Serv. ut vadat
una cum Notario, Consule, et alijs
personis opportunis ad intrandum

dicta, et infrascripta bona, et suc=
cessive mittendum in eorum posses=
sionem præfatum Dnum Philippum,
seu eius legitimum nuncium, et pro=
curatorem, positumque, et inductum
manutenendum, et ad præcipiendum
quibuscumque fictabilibus, massarijs,
pensionantibus, et alijs quibuscumque
debitoribus, ut ficta, et fructus, reddi=
tus, proventus, et demum quidquid
debent, et debebunt, respondeant præ=
fato Dno Philippo, seu ut suprà,
eumque recognoscant in Dominum,
et Locatorem, secus ad eos expellendum,
præcipiendumque quibuscumque, ne
executionem præsentis præcepti impe=
diant sub pœnis factorum de facto,
turbatæ possessionis, vi molestativæ,

et inquietative, et ulterius Scutorum
1000. auri a quolibet contrafaciente
auferendorum, et Regiæ Cameræ ap=
=plicandorum in quam, ultra refectio=
=nem damnorum, et expensarum &c.
Mandans præcipiendo, et pro prædictis
exequendis ad frangendum, salvo &c. et
prædicta fiant dimmissa copia —
Quæ vero bona hæc sunt, videlicet —
Possessiones et bona sitæ in territorio Mar=
=nati, et Prospignani Plebis Olgiati Olo=
=næ Ducatus Mediolani sub suis confinibus,
et coherentiis tanta, quanta sunt —
Possessio, et bona, ac Molendinum unum
situm in loco, et territorio Castellantiæ
Plebis Olgiati Olonæ Ducatus Mediolani
tanta quanta sunt sub eorum fini=
=bus, et coherentiis —

Item omnia eorum Iura —
Signatæ Gallaratus, et Ista Passera —
Quod etiam præfatus Dominus Philippus
exequi curavit in infrascriptis bonis, et
iuribus infra describendis, resultantibus
Instrumentis a me Notario infrascripto
receptis die hodie ante præsens Instru=
=mentum, quibus —
Cumque his peractis comparuerit infras=
=criptus admodum Reverendus Dominus Carolus
Sacerdos, et nepos dicti q.m Io: Darij
Lavellus Not. 49 — Cribellus, uti filius nunc quondam Domini
Michaelis fratris dicti nunc quondam
Darij, qui uti proximior agnatus dicti
q.m Ioannis Darij iunioris dixit se hæ=
=redem, cum beneficio tamen legis, et
Inventarij, proindeque prætendidit con=
=tinuari ad possessionem totius hæredita=
=tis dicti nunc quondam Ioannis Darij